Quelle: https://manuscripta.at/?ID=916
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ne confundas nos quia in te sperauimus. Post dies autem multos iussit anulinus tribunal sibi parari et sctos dei adduci. adductis eis ait. Quid cogitastis circa salutem uestram. et indulgentiam nos petimus a domino. ut uitam eternam consequamur. Anulinus dixit. Videtis. qualia uobis tormenta parata sunt. in quibus deficiatis. Sancti dixerunt. Fac quod parasti et noli nobis timorem incutere. Anulinus dixit. Quis estis. Qui dixerunt decreuimus. dominum ihsum xpm colentes. Anulinus dixit. Ego moriri magis uultis quam uiuere. Nam maxime dixit. Si uitam non exquireremus adeo. non ei essemus sacrificantes. Anulinus dixit. Iubeo scelerates hos in carcere recipi. donec non a parentur tormenta et iussit termas succendi. septies quam solebant. Cum eis uilla impleuntur. eductis eis ait. Nec uobis tormenta parata sunt. nisi sacrificaueritis. Quibus in constentibus. iussit eos ad termas ductos igne cremari. Georgius autem et menas. dum aperuerunt termas igne exuente spm emiserunt. Sancti autem ingressi in medio ignis psallebant. Anulinus autem iussit obcludi. ut ab igne consumentur. Illi uero per triduum in igne manserunt psallentes. Quod cum audiuit anulinus. iussit eos iterum presentari. Quibus uero qui uenerant inuenerunt eos orantes et lumen circumfulserat eos et magnum circa eos refrigium fuit. Videntes autem milites mirabilia hec. et ipsi crediderunt. Anulinus autem audiens. hos credidisse simul cum sctis adductis ait. Quod maleficiorum genus est. ut hos

et indulgentiam impetrare quam dixerunt.